



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

V. Quia ad sui cultum homines obligavit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

etiam totius promeruit, & obtinuit universi, sicut Propheta testatur dicens *Pall. Domini est terra, & plenitudo ejus &c.* Ex jure ergo Conceptionis Filij Dei Virgo incumbere totum illud procurare, & administrare, quod ex tunc Filio datum est usque ad legitimam ætatem Filij sui, sicut ipsius diligens Nutrix, & Auclera, & cundum quod volunt jura: & paucis interjectis ostendit illius jus successione ratione mortis filialis, cui nemo erat vicinior qui succederet, & tandem concludit. Ex his omnibus apertissime claret, quod Mater Iesu Christi Maria, hæretario jure omnium quæ sunt infra Deum habet Regale dominium, & inclinatim obtinet principatum. Insinuavit in his magnus hic cultor Virginis titulos non Virginei dominij, sed adhuc suggerit titulum qui sequitur *s. Epiph. de laud. Virg. Donorum antenuptialium nomine Spiritum S. accepit, dotis verò gratia cœcum paradiso; & ulterius Hier. 87. Si Christus est Rex, profectò Mater ejus & Regina.* Quocirca *Germ. orat. de oblat. Deip.* ita illam affatur. Ades dum Domini omnium terrigenarum, & erubescant, & deficiant, & pereant, & cognoscant quod nomen est tibi Domina, quod adhuc vivens teste *Anselmo de excell. Virg. cap. 7.* habebat Virgo decurso labentis vitæ tempore, se in latitudinem Regni cœlestis ascensuram, leque post Filium omni creaturæ cœlestium, terrestrium, & infernorum dominaturam. Invocemus hanc Dominam nostram *cum Ecclesia Græca in Men. 16. August.* & civitatem seu Remp. nostram ei consecremus. Urbs omnium civitatum, imperij Regina (de sua Constantinopoli loquitur,) quæ te Reginâ, ac Dominâ suâ velut turrito quodam Propugnaculo utitur, impetus omnes barbarorum profligat, etiam bestiarum furoribus pares, adversariorum quoque omnes machinas evadit, & opibus demùm, atque potentiâ crescit ô Deipara! in te quæpè gloriamur, in te quoque evitamus quidquid nobis asperum imminet, tuæ tandem tutelæ confisi, nullorum hostium expeditionem timemus: quocirca civitatem hanc tuam, (ô apud Deum singulariter gratiosa) ut revera tibi sacratam, quocumque discrimine sive ruina conservare incolumem perge, unaqueque gregem tuum in unanimitate semper pace confirma.

##### 5. Quia ad sui cultum homines obligavit.

Oritur id quidem sufficienter ex eo, quod sit Domina nostra: sed & præteritur *Ecclesia Græca per s. Sabbam in Men. 5. Jan. ode 9.* Illam, ait, benedictam nos mulieres ex debito in hymnis magnificamus, quicunque de fidelium numero sumus. Agnoscit hoc debitum & *Bernard. serm. de ejus Nativit.* & fontem ejus ostendit.

dit. Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Et Richard. à S. Laur. lib. 2. p. 4. de laud. Virg. Ex quo ad eam inclinati sunt coeli, & Rex coelestis ad eam descendit humiliatus, quod innuebat Angelus dicens: *Dominus tecum* Luc. 1. benè debemus nos miseri visâ ejus imagine, vel audito nomine inclinari ad eam. Et rursus. Ante ejus altaria, sive ejus imagines, cum recitatur nomen ejus, genua flecte, quia ipsa dicit cum Filio Isai: 45. *Mibi curvabitur omne genu.* S. Petr. Damiani aliam debiti causam agnoscit, cum ait: Hic rogo perpendite, quam debeamus, illud siquidem corpus Christi quod Beatissima Virgo genuit, &c. nunc de sacro altari percipimus, & ejus sanguinem in sacramentum nostræ redemptionis haurimus. Eleganter *Acatius Melitenfis hom. Ephesti in Patrum confesso habita.* Neque Deiparam quoque Virginem eo honore privaverim, quem dispensationis mysterium gratuito ipsi impertivit: etenim charissimi, absurdum fuerit, crucem ignominiosam quæ Christum portavit cum altaribus Christi conglorificari, atque in fronte Ecclesiæ splendens apparere: eam verò quæ ob tantum beneficium Deitatem suscepit, Deiparæ honore privari. *Bonavent.* Oculi ancillæ in manibus Domine suæ semper debent esse: quia oculi omnium ad manus Mariæ semper debent respicere, ut per manus ejus aliquid boni accipiamus. Quod ipsum deducit S. Joan. Damasc. orat. 2. de Assumpt. B. Virginis Oportebat Dei Matrem ea quæ Filij erant possidere, atque ab omnibus rebus conditis, ut Dei Matrem adorari: quam enim ita semper comparatum est, ut hæreditas à parentibus ad filios devolvatur: nunc tamen ut eruditi cujusdam viri (*Eurip. in Medea*) verbis utar, fursum sacrorum fluminum fontes fluunt; etenim Filius Matri in servitutum res omnes addidit. Commendat hoc ipsum *Venantius Fortunatus Episcopus Pictav.* dicendo. Gracius est obsequium Deo, quod Mariæ impenditur, quam quod Sanctorum cullibet exhibetur. *Dionys. Carthus. lib. 2. de vita, & sine solitarij art. 7.* Elucescit nos hanc DEI amantissimam & superexaltatam Virginem sacro sanctam Mariam, post Deum debere venerari sublimius, amare ardentius, contemplari sincerius, semper reminisci atque contemplari tenacius, neque enim est aliquid post Deum tam magnū, tam bonum, tam sanctum, tam necessariū ut ipsa, *Leo X. in diplom. pro Ecclesia Lauvet.* Gloriosissimæ Matris Dei Mariæ, à cujus laudibus sicuti neminem cessare fas est, ita, ad illas explendas neminem sufficere arbitramur. *Pelbartus in Stellario lib. 12. part. 1. artic. 1.* ostendit, quod magis obligati sumus ad colendam Virginem, quam Angeli, & sic argumentatur: Quanto crescunt dona, tanto

Hh 2

&amp; ra-

& rationes crescunt donorum: tantò ergò ad servendum Deo promptior quàm debet ex munere, quantò se obligatiorem conspicit in reddenda ratione; B. vero Maria Dei Mater majora dona exhibuit hominibus, quàm Angelis, ergò magis homo tenetur diligere, in quantum poterit, quàm Angelus. At nos cum *Ben. Damian. serm. de Nativ. B. Virginis.* Felices Angelici Spiritus, qui B. Virginis habere præsentiam, nos interim memoriam abundantia: suavitatis tuæ cruciamus. Si dulcis est memoria, quid erit præsentia?

6. Quia est tota dulcis, tota suavis.

Id omninò ita esse lectis sequentibus historiis quisque judicabit. *S. Hieronymus* de se concionantem amplexata. *S. Bernardus* cum urbem Spiram intrasset, pacem inter Principes Imperij compositurus, & juncturus arma contra Turcan parantem exterminium nomini Christiano, statuam B. Virginis spectante omni Clero, & populo salutavit illo *Salve Regina &c.* cui audientibus omnibus respondit: *Salve Bernarde.* Statua Spiræ asservatur & miraculis claret, ubi hæc hiltora in marmore brevi rythmo incisa videtur: *Sorori S. Amedei Episcopi Laufanensis* donavit Deipara chirothecam laneam. *Gibbons Auctor. B. Hermannus* (ut in vita ejus *Sur. 7. April.*) suas delicias sic describit, causam reddens, cur audito nomine Mariæ se humi abjiceret, & diutius hæreret. Ecce quoties ad nomen Sacre Virginis me humi abjicio, odor omnium florum, & aromatum, tantà suavitatis copia è terra influit in nares meas, ut semper illi hæere vellem, si liceret: spe ergo recreationis hujus, ad prosternendum me festino, sed quia ægrè tantà privor delectatione tardus sum ad surgendum. *De eod. ibid. refertur:* quod per Angelum Virgo Sancta voluerit se illi in Sponsam tanquam Josepho tradi, & pro Hermannus nomen Josephi assumere, novum Sponsum jussit. Cum idem Hermannus ad quoddam monasterium Virginum esset descensurus, Virgo hæc prævenit, & monuit moniales, ut hospitem Hermannum omni humanitate acceptarent. Venit curaverat aliquandò Hermannus incidi, & incubuit lecto cum periculo ventum monuit Virgo jacentem, ut situ securiore decumberet. Eidem, ut & B. Stanislaus Kostka Jesum infantulum tradidit. Aliquandò rigidiorie hyeme sacrum longiusculum celebrabat, interea latera ejus cingebant Jesus & Virgo, hic unum, alterum illa, nè frigore affigerentur fovebat. Accidit ut in faciem prolapsus duos dentes effingeret, eos ubi in manū accepit, Virgo comparuit, & interrogat velut ignorans, quid manuteneret? necdum casum exposuit, tum ori & integritati dentes restituit.